



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

De Parochiis, Et Alienis Parochianis. Titvlvs XXIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](#)

Prochiano tuo, qui excommunicatus pro manifestis excessibus, videlicet homicidio, incendio, violenta manuum injectione in personas ecclesiasticas, ecclesiarum violatione vel incestu fuit, dum ageres in extremis per Presbyterum suum juxta formam ecclesie absolutorum, non debent coemeterium & alia ecclesiae suffragia denerari. Sed ejus haereses & propinquui, ad quos bona perverterunt ipsius, ut pro eodem satisificant, cen. sunt ecclesiastica compellendi.

DE PAROCHIIS, ET ALIENIS PAROCHIANIS.

TITVLVS XXIX.

CAP. I.

Inter Episcopum substitutum Episcopo hereticis, & ipsum Episcopum hereticum reversum, & ex dispensatione receptum, dividitur episcopatus, modo hic expresso.

Ex concilio Africano. b

Si Episcopus & ex Donatistis ad catholicam unitantur est conversus, equaliter inter se dividant eas que sic inventa fuerint, ubi ambo partes fuerint, id est, ut alia loca ad illum, alia ad alium pertineant, ita ut ille dividat, qui amplius temporis in episcopatu haberet, & minor eligat. Quod si forte unus fuerit locus, ad eum pertineat, quem plebs elegit. Sed si antiqui catholici suum voluerint, & illi suum, qui ex Donatistis conversi sunt, plurimorum voluntatis paucioribus preferatur. d. Si autem partes aequaliter sunt, majoris temporis Episcopo deputetur e. Si enim ita plurima loca inveniuntur, in quibus ambo partes fuerint f, ut non possint aequaliter dividi, velut si in impari numero fuerint, distributis locis, qui parem habent numerum, quicunque locus remanenter, hoc in eo servetur, quod dictum est, cum de uno loco superioris tractetur.

CAP. II.

Tres dies parochiales dominicus diebus & festis parochianos alienos ad missam admittere non debent, sex contempnū ad eorum ecclesiam accedunt.

Ex concilio Naneten. g

Vt dominicus vel h festis diebus Presbyteri antequam missam celebrent plebem interrogent, si alterius parochianus in ecclesia sit, qui proprio contemptu Presbytero ibi velit missam audire: quem si invenerint, statim ab ecclesia abiciant.

CAP. III.

Episcopus parochianum alterius sine ipsis licentia ordinare non potest, nec eum alter judicare.

Hadrianus Papa. i

Nullus Episcopus alterius parochianum judicare præsumat: & infra. Nam qui eum ordinare non potuit, nec judicare potest.

CAP. IV.

Fines parochiarum, de quibus constat, vel finibus coherentia prescribi non possunt.

Vbanus III.

Super eo verò k, quod apud vos intelleximus dubitatum, an quod de finibus, & l his quæ finibus coherent, non præscribendis, statutum per canones eccl

a Quis dicatur constitutus in extremo, vid. in leg. 3. cum l. sequent. ff. dedit. cau. mor. Bart. in l. Cde secofane. eccl. b c. 85. in econ. Lat. c C. eod. tit. m. 1. comp. d Vid. l. & suum haren- dem. & fin. cum l. sequent. De pæctu. e deputetur. f sue- runt. g Vansten al. Neven. sed legendum Naneten. effigie hoc decretum ibi c. 1. non c. 429. ut refert Bur. l. 2. decr. c. 2. nec c. 19. ut ref- fert lvo p. 2. 6. 722. h C. eod. tit. m. 1. comp. i Bur. l. 2. decr. c. 29. lvo p. 6. c. 148. & c. 3. eod. tit. m. 1. comp. k post econ. Lat. sub Alex. III. c. 11. & c. 5. eod. tit. m. 1. comp. l vel.

designoscitur, sit in parochiarum & limitibus, sicut in provincialibus admittendum. Respondemus quod bene videtur in utroque servandum, si fines legitima probatio, vel alias indubitate fide constituti ecclesiastica ordinacione statutos.

CAP. V.

Si parochianus seu diaconus domicilium translat, primus prælatus in eo iura episcopata, seu diaconia, sibi non vindicat: decima tamen prædialis illius parochia sibi debetur, nisi alter debeat ex consecutum.

Clemens b III.

Significavit e nobis Aconen. d Episcopus, quod cum post recuperationem Aconen. civitatis, ad habitandum in ea se quam plurimi contulissent, qui ante generalem occupationem terra sanctæ in aliis civitatibus regni Hieropolymitani elegerant mansiōnem: [i & f.] Fraternitati tua e, mandamus, quatenus prædictorum locorum prælatorum, ut sibi nullam in prædictis Acon. habitatores iurisdictionem usurpent, nec ab eis temporalia exigant, quibus spiritualia non ministrant, distinctione, quæ convenit compellatis: ita quod si de agris in eorum parochia constitutis fructus percipiunt, & in ultramariis partibus ratione prædiorum decima persolvuntur, deinceps eis ipsas cum integritate persolvant: dicto vero Aconen. tanquam diceceano suo cogantur de ceteris respondere.

[i] Et in ea residentibus sacerdotum aliquantum, & adhuc etiam resident in eadem, prælatis prædictarum civitorum eis ad solvenda sibi iura ecclesiastica compellunt. Quia vero transgredi terminum a patribus constitutos, aut falsum misere in messem abeat non oportet.

DE DECIMIS, f PRIMITIS ET OB-
LATIONIBUS.
TITVLVS XXX.

CAP. I.

Exprimit quatuor genera decimorum, quæ ex viam legi debabantur.

Hieronymus super Ezechielē. g
Decimam partem omnium frugum Leviticā tribui populus ex lege debebat. Rursus ex ipsius decimis Levita, hoc est inferiorum ministrorum gradus decimas dabant sacerdotibus. Erant quoque & h alia decima, quæ uniuersique de populo Israël in suis horreis separabat, ut comedaret eas, cum iret in templum in urbe Hierusalem. & in vestibulo impli sacerdotes & Levitas ad convivium invitaeret. Atque autem & alia, quæ pauperibus recondebant. Atque primitus quas de frugibus offerebant, non erant speciali nomine definita, sed offerentur arbitrio derelicti. Traditionem quoque accepimus Hebraeorum, non legi præceptam, sed arbitrio magistrorum in eolitam, quod qui plurimum, quadragesimam partem dabant sacerdotibus: qui minimum, sexagesimam inter quadragesimam & sexagesimam liebant quodcumque voluerint offere. Quod igitur in Pentateuco dubium derelictum est, hic i specialiter definitur propter sacerdotum avaritiam, ne amplius a populo exigant in primitis offerendis.

CAP. II.

Non potest congrue summi, propter varietatem letitiarum, Paschalii. ii.

Novum k genus exactiōnis est ut clerici à clericis decimas exigant, cum multquam in lege Domini

a Limibū. b Clemens. c Co. un. eod. tit. in 2. comp. d Acon. e aliafrat. f De materia huius tit. ord. Tom. 22. q. 30. & 37. g C. 45. & c. eod. tit. in 1. comp. h Hoc di- gitio & deobt. i al. hoc. k Post Long. Lat. sub. Alexen. III. p. 13. c. 16. & c. 17. eod. tit. in 1. comp.

hoc